Initio præfige Hieronymo Aviano auctoris damnati, simul cum permutatione & expurgatione operis. — Et præfixa ubi dicitur, *Ex authenticis Buxtorfij, Crinesij, & Trusij*, adde, *Auctorem damnatum*. — TOM. I. Fol. 2. in inscriptione dedicationis. Matthiae Hoc, adde, *Damnata memoria*. — Fol. 13. incipit Epistola Iohannis Buxtorfij, Professoris Basiliensis, adhibe notam, *Auctoris damnati*, Sicula sequenti, Hieronymo Aviano.

Sequitur deinde Epistola Iohanni Zacherdorff, Scholæ Cygneæ Rectoris, cui similiter appone notam Auctoris damnati, in ultimo, *Christophori Crinesij*, adde, *Auctoris damnati*.

In 2. Tomo sequitur, *Omioplotra lingua Chaldaea*, quæ incipiunt à pag. 433.

Et in 3. *Omioplotra lingua Syriaca*, ita ut ius præfatiuncula ad finem, dele immo cum Elogium Buxtorfij. Et in fine, post pagin. 419. in Mantissa, iterum eiusdem Buxtorfij, Crinesij, & Drusij.

HIERONYMVS Bassanus.

HIERONYMVS Brugner.

Seu, Bruckner, seu, Brucknerus Germanus. I.C.

HIERONYMVS Cato Pisauriensis.

HIERONYMVS Galathæus.

HIERONYMVS Gemusæus.

Helvetius, Mulhusianus, Medicus, Philof. Lutheran.

Eius *Præfatio*, seu Epistola Dedicatoria in *Albucafe*, & alios quosdam recentiores Medicos. Basileæ, apud Henric. Petr. 1541. permittitur, sicut & in Galenum, Acistotelem, Ptolomæum, Theophrastem, adhibita ubique sua nota. — Item Epistola Dedicatoria ad Philippum Landgraviū, in *Vitis illustrium Virorum*, Plutarchi. Vide in Plutarchum. 3. Class.

HIERONYMVS Hamboldus.

Seu, *Hamboldus*, Ratisbonensis, Luth.

HIERONYMVS Henninges.

Seu, *Heningus*, Lunenburgensis Ecclesiastes, German. Historic. Luther.

Eius *Theatrum Genealogicum*, quatuor Tomis collectum, &c. Magdeburgi, typis & sumptibus Ambrosij Kirchneri, 1598.

In ipsa totius operis inscriptione, post illa verba, *M. Hieronymi Henninges*, Lunenburgensis, adde, *Auctoris damnati*, Opus prohibitum, nunc cum expurgatione permissum. — Pag. 4. dele totum Epigramma, cum titulo, *Henrici Rantzovij*, in laudem Auctoris quod incipit, *Divinis ingenij*, &c. — In 7. cap. Daniel. pag. 11. in fine, post illa verba, *Carminis heroico ab*, dele usque ad illa, *Paulo Blochio*, exclus. — In Rethographia status imperialis, pag. 22. ad finem, post versum, *Cuius ad edictum totus componitur orbis*, dele usque ad, *Christe potens*, nos, exclus. — Pag. 26. dele totum Epigramma, cum titulo in laudem Auctoris, quod incipit, *Ingenium ne tuum*, &c.

TOMO I.

In Præfatione, cui initium, *Historiarum cognitionem*, pag. 59. à medio, §. *Hæc quasi*, post illa verba, *Non à me excogitatis primū*, dele usque ad §. *Vobis denique*, exclus. — Ead. pag. in fine, §. *Vobis denique*, post illud, & *testificationem requirunt*, dele usque ad finem

præfationis. — P. XXXVIII. & XXXIX. dele Epigram. omnia in laudem Auctoris. — Pag. 51. sub initium, post illa verba, *Io- seph, & Maria*, dele usque ad finem.

TOMO II.

In Præfatione ad Lectorem, cui initium, *De certitudine*, pag. 96. initio §. *Cum verò nihil*, post illa verba, *In genere ex antiquioribus*, dele usque ad, *Scriptoribus multis retro*, excl. — P. 101. à medio, §. *Si quis*, post illa verba, *Ex Matthesio*, dele usque ad illa, *Ex quo etiam*, exclus. — Pag. 112. in notula, quæ incipit, *Philippus*, dele totam, usque ad illa verba, *Germanos nominatos*, excl. — Pag. 162. in tit. post illa verba, & *Schuberti*, dele usque ad illa, *Observationibus*, excl.

TOMVS III.

Permittitur.

TOMO IV.

In Præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *Non casu omnia*, pag. 643. ultra medium, §. *Reliquias*, post illa verba, *Bestijs obiectæ sunt*, dele usque ad, §. *Dissimilis autem*, excl. — pag. 644. à medio post illa verba, *Participes facti sunt*, dele usque ad §. *Et habebat*, excl. — pag. 647. in fine §. *Quid vero*, post illa verba, *Cum uxore & liberis*, dele usque ad §. *Habes hoc modo*, exclus. — pag. 936. ad fin. post illa verba, *Error in eadem damnatus est*, dele usque ad illa, *Estque Athanasius*, exclus. — pag. 964. ante medium, post illa verba, *Occuparunt, & vastarunt*, dele usque ad illa, *Pantheon templum*, exclus. — Pag. 976. sub initium, post illa verba, *Filioque procedere*, dele usque ad illa, *A. C. 789. Spreta*, exclus. — p. 1047. col. 1. transversa sub initium, post illud, & *indulgentissimus fuit*, dele usque ad illud, *Vias publicas*. — Ibid. col. 4. post illa verba, *Versuro ingenio* dele usque ad illa, *Obijt in Vaticano*, exclus. — Pag. 1061. col. 1. à medio, ibi, *Cardinalem ob rapacitatem animadvertisset*, dele, *Ob rapacitatem*. — Et pauld inferius ibi, *Episcopos spe lucri deposuit*, dele, *Spe lucri*. — Deinde post illud, *In Gallijs abrogavit*, dele usque ad, *Multas eius laudes*, exclusivè. — Pagin. 1073. post illa verba, *Alexander VI. dici voluit*, dele usque ad, *Servi in promotores*, exclusivè. — Pagin. 1078. post illa verba, *Bononiam transtulit*, dele usque ad illa, *Filio Petro Luisio*, exclusivè. — Et pauld inferius, ibi, *Obijt libidinosus senex*, dele, *Libidinosus*. — Deinde post illud, *Pompa eadem illatus*, dele usque ad fin. §. — P. 1082. à medio, post illa

Tr 3 verba,

ICES
orum
BITORU
V
4.

verba, *Camillum Vrsinum*, dele usque ad illa, *Et Villa Iulia*, exclus. — Pag. 1083. à medio, post illa verba, *Pontificatum acerrimus*, dele usque ad illa, *Reformationem Cardinalium*, exclus. — Pag. 1085. propè medium, post illa verba, *Librum scripsit*, dele usque ad illa, *Verum à Paulo*, exclus. — Et paulò inferius, post illa, *Restituit librorum*, dele usque ad illa, *Damnatorum indicem*, exclus. — Pag. 1166. ad medium, ibi, *Et Hieronymi sectam*, pro, *Sectam*, scribe, *Religionem*. — Pagin. 1166. ad col. 2. ultra medium §. *Filia eximia*, post illud, à se ortam in scortatione, dele usque ad finem §. — Pagina 1308. ante medium, post illa verba, *Imitator Iesu Christi*, dele usque ad illa, *Referunt hunc*, exclus. — Pag. 1477. colum. 2. propè medium, post illa verba, *In Datarium*, dele usque ad illa, *Eius eligitur*, exclus. — Pag. 1516. ad finem, post illa verba, *Diutius durare*, dele usque ad illa, *Peruviam Balionum*, exclus.

EX eiusdem Hieronymi Henninges, *Germania, & Gallia, secundi, & tertij Regni in quarta Monarchia parte prioris*, &c. Magdeburgi, typis & sumptibus Ambrosij Kirchneri, 1598.

In ipsa scriptione, post illa verba, *M. Hieronymi Henninges Luneburgensis*, adde, *Auctoris damnati, opus cū expurgatione permisum*. — Post inscriptione operis dele duo Epigrammata in laudem, & operis, & Auctoris, Græcum alterū, alterum Latinum. — In Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Magnus, illustrissimè*, pag. 3. ultra medium, §. *Quomodo porrò*, post illa verba, *Ecclesiam in hac vita*, dele usque ad illa, *Pace, & civili libertate*, exclus. — Et paulò inferius §. *In Quinto*, post illa verba, *Acrius impugnata*, dele usque ad illa, *Blasphemi Mahometi*, exclus. — Et paulò inferius, post illa verba, *Luculenter exponuntur*, dele usque ad illa, *In quadam oratione*, exclus. — Et statim, §. *Restat sextus*, post illa verba, *In quo nos vivimus*, dele usque ad illa, *Nec dubium est Deum*, exclus. — Pagin. 7. eiusdem Epist. initio, §. *Multis hæc*, post illa verba, *Eruditionis historice, quam*, dele usque ad, *Poëta in quodam*, exclus. — Ibidem §. *Ob tot, & tanta*, post illa verba, *Et præconia, ego quoque*, dele usque ad, *Incredibili eius cognoscenda*, exclus. — Et paulò inferius, §. *Nec vero*, post illa verba, *Conscripta videtur*, dele usque ad, *Eadem butus cum reliquis*, exclus. — Eadem pagin. ad fin. §. *Vobis autem*, post illud, *Verum etiam cum*, dele usque ad, *Om-*

nibus hominibus, exclus. — Pag. 14. ad fin. in Clodoveo II. ibi, *Ab invidiis, & monachis ad insaniam*, dele, *Et monachis*. — Pag. 21. ad fin. in Ægidio, post illa verba, *fratris*, dele usque ad, *Cantum carmen*, exclus. — Pag. 23. ultra medium, in Labeo, post illa verba, *Pius cognomento*, dele usque ad illa, *Ex Duce Brabantia*, exclus. — Ibidem in Ægidio, post illa verba, *Baptista A. C. 781*, dele usque ad finem §. — Pagin. 24. in Lothario I. post illa verba, *secutus esse*, dele usque ad, *Relicto Imperio*, exclus. — Pag. 25. sub init. in Ludovico, post illa verba, *Represit in partem*, dele usque ad, *Severiori fuit animus*, exclus. — Pag. 29. ante finem in Henrico, post illa verba, *Distribueret testamento*, dele ad illa, *Sed victus ab Imperatore*, exclus. — Pagin. 36 in Benedicto VIII. post illa verba, *Id. Novembris*, dele usque ad finem. — Ibidem in Benedicto IX. post illa verba, *In Romanum Pontificem*, dele usque ad, *Idibus Aprilis moriens*, exclus. — Pag. 38. ante mediū in Henrico Palatino, post illa verba, *Comes Luthariorum*, dele usque ad finem §. — Ibidem in Henrico III. post illa verba, *De sententia Synodi*, dele usque ad, *Et Suidigerum II. excl.* — Pag. 40. ante finem in Henrico V. post illa verba, *Eventus A. C. 1105*, dele usque ad, *Sed Papa reconsecratur*, exclus. — Pag. 41. ante med. in Agnete rapta, post illa verba, *Elegit in Dania Suevia*, dele usque ad, *Qui cum ab Episcopo*, exclus. — Pag. 44. ante med. in Canodo, ibi, *In monasterium Vestalium transiit*, pro, *Vestalium*, scribe, *Virginum*. — Pagin. 45. ante med. in Friderico I. post illud, *Compescuit Roma*, dele usque ad, *Civibus dimicat*, exclus. — Et à med. eiusdem pag. ibi, *Superbus Pontifex collum*, dele, *Superbus*. — Pag. 46. ante med. in Friderico II. post illa verba, *Rebelleres debellat*, dele usque ad illa, à Papa iterum excommunicatur, exclus. — Ibidem in Henrico VI. post illa verba, *Puer annorum decem*, dele usque ad illa, *In Apuliam à patre*, exclus. — Pag. 50. propè medium, in Walthero, ibi, *Collegium Virginum Vestalium*, dele, *Stalium*. — Et in fine eiusdem pag. in Leopoldo, post illa verba, *Episcopus Patavensis*, dele usque ad finem §. — Pag. 57. ante finem in Engelberga, dele totum §. quod incipit, *Engelberga excommunicata*. — Pag. 58. à medio in Guidone, post illa verba, *nerale habuit A. C. 1119*, dele usque ad illa verba, *Obijt Roma*, exclus. — Pag. in 60.

IND
Libr
PROHI
E

ante medium in Hugone ibi, *Taurini inter Vestales*, pro, *Vestales*, scribe, *Moniales*. — Pag. 86. sub initium in Balduino Rege, post illa verba, *Genuensibus donavit*, dele usque ad illa, *Deceſit A.C.* exclus. — Pag. 90. ad finem in Friderico III. post illa verba, *Et Guelphorum*, dele usque ad illa, *Ad suos reversus est*, exclus. — Pag. 126. ad finem, in Mauricio, post illa verba 25. *Maij*, dele usque ad illa, *Vxor Agnes*, excl. — Pag. 140. initio, in Volkmaro, post illa verba, *Adfuit. Cum fratribus*, dele usque ad illa, *Fuit in expeditione*, exclus. — Pag. 158. ante med. in Henric. VIII. post illud, *Ipsam Neapolitanis*, dele usque ad illa, *Symbolo usus est*, exclus. — Pag. 160. ad med. in Sigismundo, post illa verba, *Synodum Constantiensem*, dele usque ad illa, *Gravia sunt exorta*, exclus. — Pag. 163. in Sigismundo, post illa verba, *Sed pietatis ope*, dele usque ad, *Vnum laſtravi*, exclus. — Pag. 196. ante medium, in Orthone, post illa verba, *Cuideinceps*, dele usque ad illa, *Militavit ideo*, exclus. — Pag. 198. sub initium, in Ludovico post illa verba, *Kalend. Octobris*, dele usque ad illa, *Cum enim animos*, exclus. — Pag. 210. ultra medium, in Friderico I. post illa verba, *Ducit in Germaniam*, dele usque ad illa, *Heidelberge*, *A.C.* exclus. — Et inferius in Orthone Henrico, post illa verba, *Patro Friderico*, dele usque ad illa, *A.C. 1556. Mortuus*, excl. — Et statim, in disticho, in morte huius Henrici, dele à principio, usque ad illa verba, *Pornasio in umbra*, exclusivè. — Pag. 212. sub initium in Friderico Victoriolo, post illa verba, *Moguntinum in causa*, dele usque ad illa, *Fridericus itaque*, exclus. — Pag. 214. ultra medium, in Maria filia Cazimiri, post illa verba, *Etatis 48.* dele usque ad illa, *Hac nati*, excl. — Pag. 216. initio, in Ludovico, post illa verba, *Iulij, A.C. 1539.* dele usque ad illa, *Academiam Heidelbergensem*, exclus. — Pagin. 218. sub initium, in Wolfango, post illa verba, *Suscipit A.C. 1544.* dele usque ad illa, *Et magnis iimeribus*, exclus. — Pag. 276. ante medium in Carolo V. post illa verba, *Ad Mulburgam fugato*, dele usque ad illa, *Liberas civitates*, exclus. — Ibidem in Maximiliano II. post illa verba, *Comes Habsburgi, Tyrolis, &c.* dele usque ad illa, *Contra Solymannum*, exclus. — Pag. 277. ante med. in Ferdinando, post illud, *Honorificè excepit, A.C. 1560.* dele usque ad illa, à *Solymano Turcico*, exclus. — Pag. 285. colum. 1. sub initium, in Berthilo, ibi, *Cænobium Vestalium*

in honorem, pro, *Vestalium*, scribe, *Monialium*. — Pagin. 310. circa finem, in Eberhardo, post illa verba *Opinionem minuebant*, dele, usque ad illa, *Ob laudem virtutis*, exclus. — Pagin. 312. ante medium, in Christophoro, post illa verba, *Orator gravis*, dele usque ad, *Cum vixisset annos*, excl. — Pagin. 392. ad med. in Sigismundo, post illa verba, *Decanus Argentinenſis*, dele usque ad finem §. — Pagin. 420. ultra medium in Philippo Comite, post illa verba, *In Wifabadem, & Idstein*, dele usque ad illa, *Deceſit A.C.* exclus. — Pag. 421. à med. in Philippo Comite, post illa verba, *Weilburgi & Lahra*, dele usque ad illa, *Natus A.C. 1504.* exclus. — Pag. 425. ante med. in Gaspere Schlick post illa verba, *Legatum egit*, dele usque ad illa, *Tribus ordine*, exclus. — Pag. 431. ad med. in Harmanno, post illa verba, *Ingrreditur 9. Octobr.* dele usque ad illa, *Loco itaque motus*, exclus. — Pagin. 242. secundum novum numerorum ordinem, ad medium, in Philiberto, post illa verba, *Comes Spanheimensis*, dele usque ad illa, *Perijt in pugna*, exclus. — Ibidem in Christophoro, post illa verba, *Dominus Rodenmachij*, dele usque ad illa, *Mortuus est, A.C.* excl. — Pag. 243. ante medium, in Carolo II. post illa verba, *Transtulit, A.C. 1565.* exclus. — Et ante finem eiusdem pagin. in Ernesto, post illa verba, *Landgravius Susembergicus*, dele usque ad illa, *Eduardi Fortunati*, exclus.

EX eiusdē Tomo altero, qui præcedente, *Hispania quartum Regnum quarta Monarchia, continens regna Celiberorum.*

Pag. 58. in Henrico I II. post illa verba, à *Guisijs defenſa*, dele usque ad illa, *Potitur urbe Tarisensi, &c.* exclus. — Pagin. 62. in Carolo V. post illa verba, *Captivos Principes dimittit*, dele usque ad illa, *Tandem valedicens*, exclus. — Pagin. 103. in Reginaldo Polo, post illa verba, *Fuit Presbyter*, dele usque ad illa, *Obijt mense Novembr.* exclus. — Pag. 104. in Maria Regina, post illud, 1553. *Famina*, dele, *Pontificia, &c.* inferius in Elisabeth Regina, post illa verba, *A.C. 1583.* dele usque ad illa, *Symbola ei hac*, excl. — Et statim post illa verba, *Cum corona, &c. inscript.* dele usque ad illa, *Annulus aureus*, exclus. — Pag. 169. in Patricio Hamiltonio post illud, *De doctrina contulerat*, dele usque ad, *Ad fanum Andrea*, exclus. — Et post illud 1528. 28. *Febr.* dele usque ad finem §. — Pag. 170. in Maria posthuma, post illa verba, à *proceribus regni*, dele us-

ICES
orum
BITORŪ
V
4.

que ad illa, *Capitur, & regnum*, exclus. —
 Et inferius, post illa verba, *Vbi deiſta*, dele
 usque ad, *Et ad supplicium condemnata*, ex-
 clus. — Ibidem in Iacobo Hepburno, post
 verba illa, *Comes Bothuelie*, dele usque ad
 illa, *Cui nupſit*, exclus. — Pag. 171. in Ia-
 cobo Comite, post illa verba, *Sorori confi-*
ciendo, dele usque ad illa, *Ad fanum Andrea*,
 exclus. — Pag. 179. in Gilespico, post illa
 verba, *Argathelia Comes*, dele usque ad fi-
 nem §. — Pag. 180. in Archibaldo, post il-
 la verba, *Calend. Octobr. A.C.* dele usque ad
 finem §. — Pag. 181. in Alexandro, post il-
 la verba, *Glencarnie Comes*, dele usque ad,
Exilio mulctatus, exclus. — Pagin. 183. in
 Gilespico Cambello, post illa verba, *Arga-*
thelie Comes, dele usque ad illa, *Ad fanum*
Andrea, exclus. — Et inferius in Davide
 Betonio, post verba, *David Betonius*, dele
 usque ad illa, *Tandem à Normano*, excl. —
 Pag. 185. in Patricio Hamiltonio, post ver-
 ba, *Patricius Hamiltonius*, dele usque ad il-
 la, *Ad fanum Andrea*, exclus. & post vocem,
Vivus, dele, que. — Pag. 210. in Christiano
 III. post verba illa, *à proceribus, A. C.*
 1535. dele usque ad *Obijt, A. C.* 1559. excl.
 & post illa verba, *etatis 56.* dele usque ad,
Exor Dorothea, excl. — Pag. 211. In Fri-
 derico I. post illa verba, *Suscepit A.C.* 1532.
 dele usque ad illa, *Defunctus Gottorpij*, ex-
 clus. — Pag. 214. in Friderico, post illa ver-
 ba, *Holsatia, &c.* dele usque ad illa, *Obijt ex*
suppuratione, exclus. — Pag. 224. In Chri-
 stiano III. post verba, *Christianus III.* dele
 usque ad, *Rex Norvagiæ*, exclus. — Ibidem
 In Friderico I. post illa verba, *Capto. A. C.*
 1532. dele usque ad illa, *Obijt Gottorpij*,
 exclus. — Pag. 257. In Milade eximio, post
 illa verba, *S. Georgij construxit*, dele usque
 ad illa, *Et S. Vita adem*, exclus. — Pagina
 263. In Henrico VII. post illa verba, *Hetrur-*
rie Vrbe interijt, dele usque ad illa 9. *Calen-*
das Septembr. exclus. — Pag. 264. In Wen-
 ceslao, post verba illa, *Nulli sexui parenti-*
bns, dele usq; ad, *Vrbes Helveticas*, excl. —
 Pagin. 268. In Peorgio Poiebratio, post illa
 verba, *Mese unico*, dele usque ad, *Nati sunt*,
 exclus. — Pagin. 304. In Friderico II. post
 illud, *Inferioris Prises*, dele usque ad illa,
Vixit in aula, exclus. — Pag. 306. In Fri-
 derico III. post illud, 5. *Calendas Aprilis*,
 dele usque ad 18. *Calendas Ianuarij*, exclus.
 — Pag. 307. In Georgio Duce, post illa ver-
 ba, *Brigensis in Ecclesia*, dele usque ad, *Mor-*
te est exemptus, exclus. — Pag. 328. In Gri-
 fildi, post illa verba, *Exercituum Ducis*, de-

le usque ad illa, *Moritur partus*, exclus. —
 Pag. 337. In Alberto seniore, post illa ver-
 ba, *Novo cum Magistratu*, dele usque ad il-
 la, *Moritur in Tapiavu*, exclus.

EIVSDEM H. Henning. *Genealogia nobi-*
lium in Saxonia familiarum, auctiores, & re-
 rectiores, Hamburgi, 1590.

Post appositam notam Auctori, & opo-
 ri, fol. 4. pag. 2. lin. 12. in Vigilia Annuntia-
 tiæ, adde titulum, *Honorificissimæ*
Sanctissimæ Virginis. — Fol. 5. pag. 2. ex-
 ge Encomium & laudem, *Ioachim abbas*
ſleben, qui fuit discipulus Lutheri. — Fol.
 7. pag. 1. lin. 6. dele ab illis verbis, *Et pa-*
uperante, usque ad, *Reverentissimæ*, excl.
 Fol. 25. lin. 4. dele, *Vera pietate*. — Fol.
 pag. 1. in Epigrammate, dele ultimam
 stichum, quod incipit, *Vivo, &c.* — Fol.
 pag. 1. lin. 20. dele, *Imò Christi sanguis*
vo, & quod sequitur, *De salvificante*
 — Fol. 31. pag. 1. lin. 9. post illud *Quid vi-*
ro nocuit, dele distichum, usque ad, *Sangu-*
ne Christi, inclus. — Fol. 31. pag. 1. lin. 25.
 dele, *Cui mens adhasit in fide*. — Folio 66.
 pagin. 1. ad latus effigiei, *Regis Danie*, dele
Fides est caro ferina. — Item ex symbolo
 dele versiculum, *Prisca fides, &c.* — Folio
 66. pagin. 1. è Regione numeri marginis
 18. dele vocem, *Piè*. — Fol. 68. pag. 2. lin.
 19. dele, *Reipublic. Christian. columna*. —
 Et lin. 4. ante finem, dele, *Religion in his*
 Et paulò post, dele, *Christianam Rempu-*
 — Fol. 69. pag. 1. ex linea penult. dele
 cem, *Divæ*. — Fol. 49. pagin. 2. lin. 4.
 dele, *Sub quo reformatio Ecclesiastica, &*
nobij instituta est. — Fol. 57. pag. 1. circū-
 nem ad dexteram, dele 6. lin. ab illis verbis
Ab Engelberga, usque ad, *Papissa populum*
 inclus.

HIERONYMVS Hornschuch
 German. Lutheran. Polilog.

HIERONYMVS Isbranthus
 Theolog. Confirmator Conciliabuli Dres-
 dreſiani.

HIERONYMVS Kaufcher.

HIERONYMVS Marius.

Vel, *Massarius*, Theologus, *Calvino-Zin-*
grianus.

HIERONYMVS Maucelus.
 Seu potius, *Mencelius*, Germanus, *Luthe-*
 ranus.

HIERONYMVS Megiferus.

German. Theolog. Histor. Philolog. Poëta
Professor Lypiciensis, Lutheran. August.
Confess.

Eius *Catechismus Polyglottus*, Geræ,
1607. perpetuo damnatur.

Eius *De Ordine equestrium militarium
origine narratio*, Francof. 1602. — *Tabule
Genealogice Saxonice*, Geræ 1607. — *Ico-
nes, & vite Pontificum à Divo Petro*, &c.
Francof. 1602. — *Specimen linguarum, &
Dialecticorum*, &c. 1603. — *Ars memoriae*,
per loca, & Imagines, &c. Francofurti, apud
Porcium. — *Paræmiologia*, hoc est, Prover-
bia, & sententiæ complurium Lingua-
rum, Lipsiæ, 1609. permittuntur.

Eius vero *Theatrum Casareum*, histori-
co-poëticum, Lentij ad Istrum, ex
typographico Ioannis Plantij, 1616. expur-
gandum.

Post Auctori, & operi debitas notas ad-
hibitas, quoniam Megiferus post suam
brevissimam historiam singulis Casaribus
adhibet variorum Poëtarum carmina, no-
tandi sunt novatores, & sectarij, quales
sunt Reusnerus, Ranzovius, Boissardus,
Cunradinus, Meibomius, Lindemberius,
Sabæus, Lepidus, Beuterus, Micillus, Sabinus,
Dornavius, Wolphius, Lauterbachius, & si quis alius huius farinae.

Eiusdem *Institutionum lingue Turcicae*,
libri quatuor, Lypsiæ 1612. Appone notam
Auctoris damnati, & operis cum expurga-
tione permitti. Lib. 3. fol. 3. Permittitur
Versio vulgaris Turcica Psalmi quinquage-
simi primi, qui secundum vulgatum inter-
pretat est quinquagesimus, quod possit esse
alicuius usus pro exemplo, in quo tamen
Megiferus, ut potest sectarius, neque Vulga-
tum Latinum interpretem sequitur, neque
verò Hebræum exéplar, quippe demit in-
terdum pro arbitrio quasdam voces, ut con-
stat ex versiculo ultimo, non enim ipse ver-
tit Latine originale Turcicum, quod nul-
lum est, sed ex Latino facit Turcicum.

Post Psalmum, in primo Proverbio Tur-
cico, videtur latere dolus Hæreticus, cum
ait, *Præter Deum neminem colo*, quippe non
videtur Turcicum habere rationem pro-
verbij, sed obtrudi error in Latino. — Et
deinde Proverbio 5. similis error, *Fati &
fortune*, & necessitatis in rebus & actibus
humanis, quare cautè legenda.

Eiusdem *Anthologia*, five, Florilegium
Græco-Latinum, hoc est, Veterum Græ-

corum epigrammata. Francofurt. excudit
Ioachim. Briteringius 1611. apponenda no-
ta Authoris, & operis cum expurgatione
permitti, &c.

Fol. 2. pag. 2. in Præfationeula Vincen-
tij Oblopæi inurenda eadem nota dam-
nati scriptoris. — Fol. 10. in Indice Inter-
pretum, adhibe notam Auctoribus dam-
natis, qui in illo continentur. Nomen verò
Philippi Melancthon. ubicumque occur-
rerit, expungendum.

HIERONYMVS Opitius.

German. Theolog. Lutheran.

Eius Psalterium Hebræicum declara-
tis in fine dictionibus, quæ aliter legun-
tur, quàm scribuntur. Wittemberge, 1566.
permittitur cum sua nota, &c.

HIERONYMVS Ofius Tiguri-
nus.

German. Poëta Lutheranus.

Eius Poëmatum expurgationem vide
tom. 4. Delic. German. 3. Class.

HIERONYMVS Peristerius,

HIERONYMVS de Praga.

Seu, Pragensis Bohemus.

HIERONYMVS Purnekchius.

HIERONYMVS Reusnerus.

German. Medic. & Chymicus.

HIERONYMVS Sabir de Sancto
Gallo.

HIERONYMVS Savonensis.

HIERONYMVS Schaller.

Medicus, Norimbergensis, Germ. Luther.

HIERONYMVS Spartanus.

German. Poëta Lutheran. — Cuius Poë-
matum expurgationem, vide tom. 6. De-
lic. Germ. 3. Class.

HIERONYMVS Treutlerus.

German. I. C. & Professor Marpurgenfis
Lutheran.

Eius *Selectarium disputationum*, ad ius
civile Iustinianeu volumina duo, Marpur-
gi. Imprimebat Paulus Egenolphus, 1603.
Post appositam notam Auctori, & operi in
Præ-

ICES
orum
BITORU
V
4.

Præfatione ad Senatum Vratislaviensem,
pag. 3. initio, post illa verba, *Efformare co-*
natus est, dele undecim lineas, usque ad, *Et*
profecto dubium, exclus. — Vol. 2. disput. 6.
De nuptiis, num. 5. dele, *Tum & parentum si*
in eorum potestate sint. — Et in Commem-
ratio litera B. dele, *Vnde tamen rectè non*
colligitur consensum parentum in nuptiis non
requiri iure naturali, & iuxta hanc correc-
tionem exigenda sunt, quæ inferius
idem auctor disserit.

HIERONYMVS Valentinus de
Cantoral.

Theolog. Luther. Augustanæ confess.

HIERONYMVS Valler.

HIERONYMVS Vetus.
Vel, Bohemus.

HIERONYMVS Vicellarius,
Fribergensis.

HIERONYMVS Vogellius.

Hasseltanus, subscriptor Cōciliabuli Dor-
drechtan. Theol. Luth. August. Confes.

HIERONYMVS Walerus.

Seu, *Wellerus*, Fribergensis, Germ. Theolog. Lutheranus Melancthonianus.

HIERONYMVS Wildenbergius.

Aurimontanus, Philos. German. Luther.

HIERONYMVS Wolphius.

Oeringſis, Germanus, Lutheranus, Poli-
logus, & Historicus.

Permittuntur vero eius *Prolegomena*, & Annotationes in *Isocratis sententias*, à iis Latinè redditas, si tamen ex Oratione petitis antidotoseos, pag. 782. Expungatur nota marginalis, quæ incipit, *Melancthon*, &c. — Initio tamen Operis apponatur nota Auctoris damnati, & operis permiffi.

EIVSDEM vero sequentia opera permittuntur cum sequenti expurgatione.

EIVSDEM in Demosthenis, & Æschini opera Græco-Latina, cum versione, & Annotationibus. Francofurt. apud Claudium Marnium, &c. anno 1604.

In prima operis inscriptione, post illud, *In Augustana Schola professore*, adde, *Auctorem damnatum, &c.*

Post privilegiū Cæsareum, expungatur
tota Præfatio Hieronymi Wolfij ad Duū.

viros, & Consules, & Senatum Augustum
cuius initium, *Si tanta esset in me, &c.*
Post eandem Præfationem, expurgatur
etiã Carmina illa Græca, quæ immo-
sequuntur, usque ad titulum, *Eloquia*
non è scriptis, &c. exclus. — Pag. 15. in
ma operis inscriptione, dele omnia Ca-
mina Græca, & Latina, quæ sequuntur
ad titulum initio pagin. 15. *Series*
operis, &c. exclus. — Pag. 16. expurgatur
Imago Wolphij, & stemma, & cetera
ctus, & omnia, quæ ex pagina continen-
tur sexdecim paginis integris cõten-
que ad titulum, *Vita Demosthenis*, &c.
— In vita Demosthenis per Andre-
tum cap. 6. quod est de Interpretibus
mosthenis, \$. *Hieronimus Wolphi-
gensis*, &c. post illud, *In Latinum sermo-
convertitur*, dele usque ad, *Schijpsium*,
clus. — Et mox post illud, *Opera, Lectio-
bus*, dele usque ad, *Quamobrem magis*, exc.
— Et in fine eiusdem capituli, post illud,
dedit Bernardus Felicianus, dele usque ad finem
capitis. — Post Elogia Demosthenis, &
Æschinis, dele excerpta ex epitoma
Marth. Scheckij ad Hieronymum Wol-
phium, usque ad Præfationem Wap-
ad Lectorem, exclus.

EX ANNOTATIONIBVS EIVSDEM
ad finem operis.

Pag. 1129. col. 1. sub initium, post illud, *Defensor assiduus*, dele usque ad illud, *longè suavius*, exclusif. — Ibidem ad medium columnæ, post illud, *Potius quam* etc. dele usque ad, *Propagata*, exclusif. — Pag. 1130. col. 2. à medio, post illud, *Non in Theologia solum*, dele usque ad, *in omni genere*, exclusif. — Pagin. 1201. col. 1. à medio, in II. Olynthiacam, post illud, *præcepta Dialectices revoces*, dele usque ad finem §. — Pag. 1221. col. 1. sub initium, post illud, *Consuetudine defendi putari*, dele usque ad finem §. — Pagin. 1243. col. 1. sub initium, post illud, *Vinam olim*, dele usque ad, *Vel nunc Germani*, exclusif. — Pag. 1256. col. 2. ad finem §. *Neque idem hic*, etc. totus expungatur, usq; ad Græc. Titulû, exclusif. in pag. 1257. — Pag. 1277. col. 2. ante medium, tit. In I. *Philippicam*, post illud, *Cicero crudelius etiam interpretatus est*, dele usque finem §. — Pag. & col. 2. à medio, post illud, *Ex eodem Functis*, de parenthesim, usque ad, *Aut alijs Christianis*, exclusif. — Pag. 1278. col. 1. ad medium, post illud, *Hegendorphinus*, dele usque ad

Sic interpretatur, exclus. — In Orationem, *Perisymorion*, initio, pagin. 1292. colum. 1. ante medium, post illud, *In Schola Tubingensi*, dele usque ad, *Ioachimo Camerario*, exclus. — Ibid. mox post illud, *Oporino concessi*, dele usque ad, *Ipsius tamen Orationis*, exclus. — In Oration. *Æschinis contra Ctesiphontem*, pag. 2329. colum. 2. ad fin. dele nomen, *Melancthonis*. — Pag. 1330. ante medium, post illud, *Haecenus ille*, dele usque ad, *Nemo igitur coronatur*, exclusivè. — Item in Annotationibus eiusdem Orationis, & sequentis, quæ est, *Demosthenis pro Ctesiphonte*, expunge semper nomen, *Melancthonis*, quod plus septuagies occurrit.

— In Orationes *Aristogitonianas*, initio pag. 1351. ad medium, dele totum argumentum *Philippi Melancthonis* cum Titulo, & mox proximè post idem argumentum, dele totum s. *Hoc argumentum*, & *quarundam*, & c. usque ad finem, & usque ad titulum. In *Argumentum*, in pag. 1352. col. 1. — Pag. 1383. in titulo *Castigationum Vincentij Ofsopæi*, post illud, *Per Vincentium Ofsopæum*, adde, *Auctorem damnatum*. — Et mox post illud, *Rectè habent*, adde, *Cum expurgatione tamen permisse*. — Et post hæc, dele carmina Latina, quæ sequuntur. Dele quoque Epistolas duas sequentes, *Vincentij Ofsopæi*, & *Hieronymi Wolsij*. — Item expungantur Carmina Græca usque ad titulum, *In Orationes Olynthiacas*, & c. exclus. — Pag. 1400. colum. 2. totus s. *Atque hæc ex Annotationibus meis*, & c. expungatur. — P. 1420. expungantur integræ duæ Epistolæ, altera *Hieronymi Wolsij* ad *Eusebium Episcopium*, altera *Simonis Fabritij* ad *Hieron. Wolsium*. — Pag. 1445. expunge totam Præfationem *Hieronymi Wolsij* ad *Eusebium Episcopium*.

EX *Epicteti Stoici Philosophi Enchiridion*, Item *Cebetis Thebani Tabula*, & c. *Hieronymo Wolsio Interprete*, cum eiusdem Annotationibus. Colonia, in officina *Birkmannica*, 1596.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Wolphi Interprete*, adde, *Auctore damnato*. Deinde post illud, *Cum eiusdem Annotationibus*, adde, *Haecenus prohibitis, nunc cum expurgatione permisis*.

TOMO I. EX ANNOTATIONIBVS IN *Enchiridion Epicteti*.

In cap. 1. pag. 83. colum. 1. initio, post illud, & *Thomæ Naogeorgij*, dele usque ad, *Conversiones, in Opusculi*, exclus. — In idem

cap. pag. 86. colum. 2. sub initium, post illud, *Nunquam id consequeris, ut*, dele usque ad, *Sis immunis*, exclus. — In cap. 33. pag. 99. col. 2. in fine, post illud, *De naturæ voluntate dicat*, dele usque ad, *Et alieni boni, aut mali*, exclus. initio pag. 100. col. 1. — In cap. 34. pag. 100. col. 1. ad finem, post vocem, *Naogeorgius*, dele parenthesim, usque ad, *Cum Simplicio consentit*, exclus. — In cap. 38. pagin. 104. colum. 2. ante medium, post illud, *Catata patria. Ritu patrio*, dele usque ad s. *Ecazto. Vnicuique*, exclus.

TOMO II.

In prima Operis inscriptione, post illud, *Wolsio Interprete*, adde, *Auctore damnato*. **EX NOTIS MARGINALIBVS AD COMMENTARIOS *Simplicij***.

Ad Sectionem *Epicteti*, cuius initium, *Religionis erga Deos*, & c. pagin. 146. ante medium, dele notam marginalem, *Vtopia lex*, *Ne sua cuique religio fraudi sit*. — Ad Sectionem *Epicteti*, cuius initium, *Vnaqueque res duas habet*, & c. pag. 202. initio, tolle marginalem, *Verum hoc optabilius. Ea enim virtus est*, & c.

EX ANNOTATIONIBVS *HIERONYMI Wolsij* in *Proæmium Simplicij*.

Pag. 256. in Titulo Annotationum, post vocem, *Simplicij*, adde, *Cum correctione permisse*. — Pag. 257. col. 2. sub initium, ibi, *Faucissimi aut nulli*, dele, *Aut nulli*. — Et paulò inferius, ibi, *Faucissimi, aut nulli erunt*, dele, *Aut nulli*. — In Annotationibus ad cap. 13. pag. 288. colum. 1. à medio, post illud, *Paryphistatos*, dele usque ad, *Autochinito*, excl. in s. sequent. Et mox post illud, *Vsa ton Psyschon*, dele usque ad, *Inean*. excl. post initium, colum. 2. — Ad cap. 61. pag. 316. col. 2. in medio, post illud, *Post Iacobum Scheggium*, dele usque ad, *Epictetum convertit*, exclus. — Et paulò inferius ad finem col. ibi, *Qui lucubrationes tantorum hominum, pro, Tantorum hominum, rescribe, Eorum*. — Ad idem cap. pag. 317. col. 1. sub initium, ibi, *Neque enim se confert viris doctissimis Wolsius*, post vocem, *Wolsius*, dele usque ad, *Nedum antepont*, exclus.

TOMO III.

In prima operis inscriptione, post illud, *Oettingensi interprete*, adde, *Auctore damnato*. **EX EIVSDEM *HIERONYMI WOLPHII* Annotationibus in *Arriani Epicteti* libros quatuor.**

Pag.

ICES
orum
BITORU
V
4.

Pag. 456. in titulo. Annotationum, post illud, *Epistoli libros IV.* adde, *Cum correctione permixtos.* — In lib. 2. capit. 26. p. 518. col. 2. ante medium, post illud, *Apud Plethonem extat, quem,* dele usque ad, *Ascribere visum est,* exclus. — In lib. 3. cap. 2. p. 520. col. 2. ad medium, post illud, *Quae mihi minime cure sunt,* dele usque ad, *Catagignonte,* exclus. in s. sequenti.

EX versione, & notis marginalibus eiusdem Hieronymi Wolphij in Nicetæ Acominati Choniatae Græci Impetij Historiam Græco-Latinam, apud heredes Eustathij Vignon, 1593.

In ipso libri titulo, post illa verba, *Hieronymo Wolphio Octingenti interprete,* adde, *Antere damnato,* &c. — Epistola inscripta Adriano Iunio Tyongio, quæ incipit, *Notas meas politicas,* &c. — rota deleatur. — In præfatione Hieronymi Wolphij, cuius initium, *Zonaram tuum,* pag. 5. ad finem, deleantur illa verba, *Fatali quadam syderum impressione.* — In ipso opere, pag. 6. in illis verbis, *Quod si numinis alicuius,* &c. dele, *Alicuius.* — Pag. 85. deleatur nota marginalis, *Cum vivis imaginibus,* &c. — Pag. 94. ex marginali, *Vi fati repelluntur,* dele, *Vi fati.* — Pag. 127. dele totam marginalem, *Summa deprecationis,* &c. — Pag. 173. ex marginali, *Anteambulo,* dele ab illis verbis, *At soli Deo,* usque ad finem. — Pagin. 174. deleatur marginalis, *Bellum autem instum est,* &c. — Pag. 220. ex marginali, *Italos in Fridericum,* &c. deleantur illa verba, *Idest subditos in legitimum Principem.* — Ibidem deleatur marginalis, *Episcopi Romani,* &c. — Pag. 221. ex marginali, *Potentissima Manuëlis,* &c. deleantur duæ illæ voces, *Optimum Principem.* — Pag. 222. deleantur quinque marginales, quæ incipiunt, 1. *In perduellione* 2. *Omnium miserrimi.* 3. *Nullum eius.* 4. *Vituperio dignissimi.* 5. *Nec bonam conscientiam.* — Pag. 223. dele marginalem, *Nullaque honestatis,* &c. — Pag. 228. in opere, deleantur illa verba, *Quas nec eorum professio admittit.* — Ibidem, dele duas marginales, quarum 1. incipit, *Cura rerum secularium,* &c. 2. *Nicephori Phocæ,* &c. — Pag. 229. deleantur duæ marginales, 1. *Censoria Manuëlis.* 2. *Monachorum habitatione,* &c. — Pag. 243. deleantur duæ marginales. 1. *Quam qui in superstitione.* 2. *Quis sibi temperet,* &c. — Pag. 244. deleantur aliæ duæ marginales. 1. *Græcorum superstitio.* 2. *Manuel Lapidem mortuum.* — Pag. 326. dele marginalem, *Nec*

solum vivas, &c. — Pag. 339. ex marginali, *Homines sacrificare,* &c. dele ab illis verbis, *à Pseudo christianis,* usque ad finem. — Ibid. deleatur tota marginalis, *si verum crudelissimum,* &c. — Pag. 361. ex marginali, quæ incipit, *Sanctorum quadraginta Martyrum,* &c. deleatur ab illis verbis, *propterea,* usque ad finem. — Pag. 370. dele marginalem, *Sapientia humana.* — Pag. 371. ex marginali, quæ incipit, *D. Pauli impere licet.* — Ibid. deleantur etiam duæ sequentes marginales. 1. *Egregius testis.* 2. *Scilicet mutus lapis,* &c. — Pag. 394. marginali, *De navium suarum,* dele ab illis verbis, *Victoria nostro seculo,* usque ad finem. — Pag. 400. in opere ubi dicit, *Nā fatum prudentia,* &c. dele, *Fatorum vis,* &c. suble. *Divina motio.* — Pag. 413. deleatur marginalis, *Isaacus votis,* &c. — Pag. 422. in opere, ibi, *Si is qui sacrificulus olim fuisse,* dele vocē, *Sacrificulus.* & loco eius suble. *Dei clericus.* — Pag. 426. in Breviario lib. 2. n. 8. dele illa ultima verba. *Quam curant.* — Pag. 428. in opere in illis verbis, *Sed qui illis quoque locis fatalis calamitas,* dele vocem, *fatalis* & suble. *locus eius suble. fatalis.* — Pag. 451. ex marginali, *Vicit iter domus pietas,* post hæc verba, dele sequentia usque ad finem. — Pag. 457. deleatur marginalis, *de Pseuda-Lexij interitu,* &c. — Pag. 461. in opere, ibi, *Nam in fatis erat, scilicet,* dele vocē, *in fatis,* & loco eius suble. *decretis.* — Pag. 479. deleatur marginalis, *Nulla pietas,* &c. — Pag. 480. deleantur tres marginales. 1. *Ludit superstitio.* 2. *Dū venturum.* 3. *Atque ut stulta.* — Pag. 481. in opere dicit, *Gloriosus dominus execrabili cruci,* dele, *Execrabili cruci,* & suble. *Maledictum ligno.* — Ibid. deleantur tres marginales. 1. *Isaaci sacrilegium.* 2. *Sicuti peccant.* 3. *atque longe fuit.* — Pag. 482. dele marginalem, *Quæ Græcanicas,* &c. — Pag. 489. deleatur marginalis, *Isaaci trepidatio,* &c. — Pag. 491. in opere, ibi, *Et quidam sacrificulus,* dele vocē, *sacrificulus,* & eius loco suble. *Exaltatus.* — Pag. 504. in opere ibi, *Quæ in fati non errat,* dele, *in fatis,* & suble. *Dū compilio decreta.* — Pag. 509. etiam in opere, nec sefellit ea sacrificuli divinatio, dele, *sacrificuli divinatio,* & suble. *sacerdotis prædictio.* — Pag. 521. in Breviario lib. 2. n. 4. dele, *sacrificuli,* &c. — Pag. 531. in marginali, quæ incipit, *alia Constantini,* dele vocē, *sacrificuli.* — Pag. 543. in marginali, *Fatum meretriciam ei tribuit,* post hæc verba dele, *quid.*

IND
Libr
PROHI
E

quidquid sequitur usque ad finem. — Pag. 561. deleantur quatuor notæ marginales, 1. *Simile, quo Chrysostomus*, 2. *Aliud simile*, 3. *Aliud item non ita*, 4. *Caro Christi*. — Pag. 563. deleatur marginalis, *Exagitatio impudens*, &c. — Pagin. 595. in Breviario num. 3. deleantur illa verba, *Monachorum assentationibus fovetur*. — Pag. 598. in marginali, *Imagines ipsi Icono-latæ*, deleantur istæ voces, *ipsi Icono-latæ*. — P. 605. dele marginalem, *Recentiorum hypocritarum*, &c. — Pag. 614. in marginali, *Impetu non consilio*, deleatur ab illis verbis, & *superstitionis sue*, usque in finem annotationis. — Pagin. 620. deleatur marginalis, *Imaginum quas*, &c. — Ibidem deleatur altera marginalis, *Ab sit ut Christi Corpus*, &c. — Pagin. 623. deleantur tres marginales, 1. *Christiani Pontificij*, 2. *Nicetas Latinorum*, 3. *Christianorum ad sacram*, &c. — Pagin. 624. deleantur aliæ tres marginales, 1. *Impietatis in Christum*, 2. *Immanitatis in fratres*, 3. *Sarracenorum in Christianos*. — Pagin. 672. deleatur marginalis, *Latinorum in Græcos*, &c. — Ex annotationibus in lib. 2. num. 89. ad initium, ibi, *Ut fuit monachus ille*, dele vocem, *Monachus*. — Ibidem, paulò post, in illis verbis, *Quæ vulgo à surisculis*, &c. dele vocem, *Sacrisculis*. — Numero 126. 127. post verba illa, *Impius rapiendus*, dele usque ad finem annotationis.

EX GNOMOLOGIA DELEANTVR sequentia.

Fuorum vis prudentiam humanam superat. — *Mollities*, deleatur ab illis verbis, *Neque vero mulier*, usque ad finem annotationis. — *Mortis formido non salutem, sed exitum affert*.

EX INDICE AXIOMATVM EXPVNGE sequentia.

Bellum iustum si prorsus necessarium. — *Cura rerum secularium & celestium inconciliabilis*. — *Iudicia Dei*, in axioma, *Quoties urbem*, dele ab illis verbis, *Nihilis faciunt*, usque ad finem. — *Laniæne immanes*, in axioma, *Homines sacrificare*, &c. dele ab illis verbis, à *pseudo-prophetis Christianis*, usque ad finem. — *Monachi*, dele totum axioma, *Monachorum habitationes*, &c. — *Pax*, dele totum axioma, *Qui conscientie pacem*, &c. — *Princeps malus*, dele totum axioma, *Nullum pietatis*, &c. — *Sapientia humana*, dele totum hoc axioma. — *Su-*

perstitio, deleatur totum axioma, *Ludis superstitio*, &c.

EX Suidæ Historicis, cæterisque omnibus, opera ac studio Hieronymi Wolphij in latinum sermonem conversis, emendatis & auctis. Basileæ, per Eusebium Episcopium, 1581.

In prima operis inscriptione, post illud, *Emendata, & aucta*, adde, *Opus Hieronymi Wolphij, Auctoris damnati*, &c. — In priori præfatione Hieron. Wolphij, quæ incipit, *Sapienter facis*, pag. 4. in medio, post illud, *Xylander Augustanus*, dele usque ad, *Græcarum literarum*, exclus. — Deinde, dele rotam posteriorem eiusdem Wolphij præfationem, cui initium est, *Quod parens tuus magnificè*. — In Opere, §. *Abrahamus*, col. 7. ante medium, ibi, *Videlicet, cultum imaginum cœpisse*, dele, *Cultum imaginum*, & substitue, *Idololatram*. — Et ibidem, dele notam marginalem, *Imagines*. — Et paulò inferius, ibi, *Ob pernitiosum lucrum, hoc est ob imagines*, pro, *imagines*, rescribe, *idola*. — §. *Atheon impium*, col. 38. post medium, dele marginalem, *Divinitas humani animi*, &c. — §. *Dæmona tradunt Philosophi*, col. 216. post medium, dele marginalem, *Dæmones humanis præditi*, &c. — §. *Iesus Christus, & Deus noster*, col. 393. post medium, dele totum §. ab initio, usque ad finem, per quatuor col. & dimidiâ usque ad, *Ithia, neque enim obscure*, exclus. pag. 398. sub initium, & ibidem dele omnes notas marginal. — §. *Monachos, Dionysius*, col. 599. ad medium, dele marginalem, *Monachos sophisticas istas elegantias*, &c. — §. *Omiros, Homerus*, col. 659. à medio, post duo carmina Græca, dele vocem, *Melancthon*. — §. *Homerum Orbatum*, col. 661. initio, dele notam marginalem, *Quia versus hi*, &c. — §. *Pistis, fidem solam*, col. 759. sub initium, dele marginalem, *Processio Spiritus*, &c. — §. *Politice*, col. 770. à medio, dele marginalem, *Sacerdotium regno malè iungitur*. — §. *Timasos, Timasion*, col. 926. post medium, dele marginalem, *Nulli dii contemnendi*. — In Carminibus eolum. 1058. versus finem, post illud, *Nos solans, Midas spernit, stolidosque Corabos*, dele sequentia Poëmata usque ad Verborum, & rerum Indicem, exclus.

EX INDICE DELE SEQUENTIA.

Abrahamus annos natus, ibi, *Imaginū cultus gratia*, &c. dele, *Imaginum*, & rescribe, *Idolorū*. — *Abrahamus eo nomine, quod Dei ver-*

Vu bis,

ICES
orum
BITORŪ
V
4.

bi, &c. — Caput asini aureum, &c. — Chri-
stiani tum litant, cum se, &c. — Coniugium
inhiatorum à Paphnutio, &c. — Cultus Ima-
ginum secundum Philonem, pro, imaginum,
scribere, idolorum. — Demones secundum Phi-
losophos, &c. — Historia de Christi divina
nativitate, & eiusdem, &c. — Iudei aureum
asini caput, &c. — Monachus ad perturba-
tionum, &c. — Sacerdotium regno male, &c.
— Virginitas Divæ Mariæ explorata,
&c.

EIVSDEM liber, cui inscriptio est, Tabu-
la compediola de origine, successione, et a-
te, & doctrina Veterum Philosophorum, ex
Plutarcho, Laërtio, Cicerone, & alijs eius ge-
neris scriptoribus, à G. Morellio Tiliaro col-
lecta. Cum Hier. Wolfij annotationibus, &c.
Alia quæ accesserunt, &c. Basil. ex officina
Hervagiana, per Eusebium Episcopium,
1580.

In prima operis inscriptione, post illud,
Hier. Wolfij, adde, Auctoris damnati, &c.
— In præfatione Hieronymi Wolfij, cu-
ius initium, Nuper inter chartas, pag. 9. antè
medium, post illud, quidam philosophastri,
dele usque ad, in me reprehendunt, exclus.
— Ex Annotationibus, pag. 25. initio, post
illud, in fine præcedentis pagin. prudenter à
Philosophia separatur, dele usque ad, relin-
quit tamen egregiam, exclus. — Et in fine
post illud, cogitarent, & intelligerent, dele
usque ad, profecto aut ad divinitus, excl. —
Pag. 30. initio, post illud, sicut nosmet-ipsos,
dele usque ad titulum, Oromasdam, exclus.
— Pag. 91. à medio, titulo, Finem bonorum
esse, &c. post illud, iam divitum tantum, de-
le usque ad, nec eorum tamen, excl. — Pag.
111. antè medium, titulo, communes esse de-
bere, &c. post illud, conferendum elocare, de-
le usque ad, in hac verò stultitia, exclus. —
Pag. 146. antè medium titulo, Anniceris,
Anniceriarum, &c. post illud, novatis vete-
rum sententijs, dele usque ad, ad ipsum dogma,
exclus. — Ex eiusdem Hieron. Wolfij An-
notatiunculis in Libellum Hermiæ, pagin.
201. à medio, ibi, quorundam monachorum,
aut Iudeorum, dele, monachorum, aut. —
Pag. 214. antè medium, ibi, Attinet, utilif-
sime legetur, dele, utilissimè. Deinde post il-
lud, bonorum & malorum, dele usque ad, cum
nostro autem hoc, exclus. Et ad finem eiusdè
pag. post illud, contentioni dedisti, dele usque
ad, denique ut aliqua, exclus. — Pag. 215.
initio, post illud, sectam esse amplexum, dele
usque ad, in eo potius nobis elaborandum, ex-
clus. — Pagin. 262. ad medium, ibi, quem

Barbari calum Emphyreum, inepte dicitur
dele, Barbari, &, inepte. — Et paulo antè
rius, post illud, nec satis explorata, dele
que ad, itaque licet hic, exclus. — Pag.
268. à medio, post illud, auctoritate esse
quiescendum, dele usque ad, huius exemplum
exclus.

EIVSDEM Hieronymi Wolfij Alphi-
beti Moralis Gregorij Nazianzeni expu-
ratio.

Pag. 435. ad medium, ibi, epitomas
cerunt, ut Melancthon, dele, ut Melancthon
— Expungatur tota Epistola M. Schen-
ckij ad Hier. Wolfium, pagin. 461. quæ
incipit, Ostendisti superioris, finis verò
humani, 1571. — Deinde pag. 491. de-
tur Distichon, quod incipit, Quia lux
thia, cum inscriptione. Insuper expun-
tur, Epitaphium Matthiæ Schenckij
initium, Matthias Schenckius Constantiensis
& omnia poemata, quæ deinceps legun-
tur usque ad finem libri.

EIVSDEM Hieronymi Wolfij, Castigationes
& Annotatio in Isocratis Orationes & Epi-
stolas, Basilæ, per Ioanem Oporinum, ann.
1548. ut in fine operis notatur.

In prima operis inscriptione, post illud,
Wolfium Oetingensem, adde, Auctorem dam-
natum, &c. — In Epistola Nuncupatoria
quæ incipit, Sæpe mihi viri amplissimi, &c.
pag. 2. ad finem, post illud, in lucem
turus, dele usque ad, amicis ostendissimè
clus. — Pag. 3. eiusdem epistol. sub initio
post illud, huic mei sollicitudini, dele
ad sic medebantur, exclus. — Pag. 7. à
medium, post illud, & Ioanni Oporino
usque ad, conversionem Isocratis, exclus.
Et ad finem eiusdem pag. post illud, Iu-
dum Heiden. dele usque ad, in principio
stra, exclus. — Pag. 8. antè medium
illud, sint apud omnes, dele usque ad, ad
blica hæc accedebant, exclus. — Post episto-
lam Nuncupat. dele Epigramma Matthei
lis Toxitis, cum inscriptione. — Pag.
250. dele epistolam cum inscriptione, quæ
incipit, Ornatisimo viro, &c. — Ex Anno-
in Parenesi. Isocratis, col. 51. post initium
10. in §. Dion egregium, post illa verba
liter legi potest, dele usque ad finem
Colum. 54. post initium dele totum §.
tuna iniquitas. — In oratione de Pro-
colum. 162. num. 20. in §. Sophranus
loco, post illa verba, mortalitate nostra
tari queat, dele usque ad §. Hi versu-
colum. sequent. num. 10. &c. ad marginem
§. Hi versu- à fronte verborum, à

stigilio, adde, *Auctore damnato, sed permis-*
si. — In Gnomologij ex Isocrate, pagin.
250. post med. dele margin. *Turcarum, &*
Christianorum, &c. cum Græco seq. — P.
276. post medium, dele marginalem, *Me-*
lanthion, hypocrisis, &c.

EX INDICE DELE, *Philippus Melan-*
thion.

EX EIVSDEM ISOCRATIS ORATIONI-
bus, & Epistolis, cum ipsius Hier. Wolphij
Latini interpretatione, & Henrici Step-
hani in Isocratem Diatribis VII. Excudebat
Henricus Stephan. 1593.

Post primam operis inscriptionem, ad-
de, Hieron. Wolphius, & Henr. Steph. *Au-*
tores damnati, &c. — In Præfatione Hen-
rici Stephani ad lectionis Isocratis studio-
sos, cuius initium, *Isocratis Atheniensis scrip-*
ta, s. Apposui autem, ibi, Interpretationem,
non solum quod alia, dele, non solum. Deinde
post illud, *quod sciam, dele usque ad, Nam*
esse, & in quibus, exclus. — In primæ Præ-
fationis Hieronymi Wolphij, initio, post
illud, *quum post Xisti Betuleij, dele usque ad,*
morbum incurabilem, exclus. — Et inferius,
ad finem pag. i. eiusdem Præfationis, ibi,
Ego munere, qua sedulitate, quo studio, dele,
qua sedulitate. Et post vocem, *studio, dele*
usque ad, *Versutus sim, exclus.* — Secunda
Præfatio eiusdem Hieronymi Wolphij
cuius initium, *Sæpe mihi, viri amplissimi, cor-*
rigatur, ut supra titulo, ite in Isocratis Ora-
tionibus, &c. ubi eadem Præfatio, seu epistola
expurgatur. — Post vitam Isocratis ex Sui-
da, ad finem operis, in Tractatu Hierony-
mi Wolphij de Vita Isocratis, & Oratio-
nis eius divisione, atq; interpretatione sua.
— §. *Transseamus igitur, pagin. 3. initio,*
post illud, *ætatæ meæ XIX. qui, dele usque*
ad, *Ioanni Scheubelio.* — Et paulò inferius,
post illud, *adolecentes docerem, dele usque*
ad, *vestigio insecuta Invidia, & At ne sc-*
io que, exclus. — Et §. *Ego præstiti, pagin.*
5. ante medium, post illud, Claudius Ba-
duellus, dele usque ad, Evagoram Baptiste,
exclus.

EX EIVSDEM Hieronym. Wolphij Inter-
pretatio in Isocratis scripta, quæ quidem
nunc extant. Basileæ, typis Conradi Wald-
kirchij, 1602.

In prima operis inscriptione, post il-
lud, *Oettingensi Interprete, adde, Auctore*
damnato. — Post Præfationem, in Carmi-
ne Elegiaco Guil. Canteri, post versum,
Grægentium fertur fortia corda virum, dele
usque ad finem Poëmatæ. — Post Vitam

Isocratis ex Suida in finem operis, in Tra-
ctatu eiusdem Hieronymi Wolphij de vi-
ta Isocratis, & Orationum eius divisione,
atque interpretatione sua, expurganda
sunt nonnulla, quæ invenies in eodem
Wolphij Tractatu de Vita Isocratis, sub
expurgatione superius posita, Titul. *Item*
in Isocratis Orationes, &c. §. Ex eisdem
Isocratis Orationibus, vers. Post vitam Iso-
cratis, &c.

Item permittitur eiusdem in Nizephori
Gregoræ Bizantinæ historiam, Præfatio,
quæ incipit, *Non equidem sine mente, adhi-*
bita nota Auctoris damnati, & operis per-
missi. — Deinde in Epilogo eiusdem Bi-
zantinæ historię carmine, quod incipit,
Qui legis historias, &c. in medio verò ad
verriculum, qui incipit, *Scire sequi vir-*
tus, dele quod sequitur, Monachorum cæte-
ra fraudes.

Item permittitur sequens Poëma ad
Ludovicum Carinum, quod incipit, *Te*
quoque, &c. Et ad Ioannem Oporinum ho-
minem damnatæ memoriæ, quod incipit,
Si quis in Oceanum.

Item permittuntur eius in Ciceronis
officia, *Lalium, paradoxa, &c.* Scipionis sem-
inum commentarij. Basileæ, ex officina Her-
vagiæ, 1084.

Post affixam notam damnati Aucto-
ris, & operis, cum expurgatione permisi,
&c. — Ex lib. i. offic. col. 123. antè me-
dium, post illa verba, *Misericordiam negli-*
gebant, dele usque ad finem columnæ in il-
lis verbis, Sed & nos, &c. & dele nota-
tiunculam marginalem, *Melanthionis, &c.*
— Et col. 124. post med. dele in parenthe-
si interiecta, *Scholastici præsertim doctores.*
— Et inferius lin. 5. à fine, post illa verba,
Ornavit, atque illustravit, dele 15. lineas,
usque ad finem huius commentarioli, & in
notula marginali, *disquisitionem averfan-*
tur. — Column. 155. §. *Dubitatio, post*
illa verba, Consulatur Theologus, dele sex
lineas, usque ad, de controversijs forensibus,
excl. — Column. 197. §. *At defensa est, post*
illa verba, Pertinacissime defenderentur, de-
le sequentia, usque ad fin. huius Commen-
tarij, in med. col. pag. 200. & in §. Ratio &
oratio, exclus. — Column. 248. lin. penult.
post illa verba, *Amittere calumniabantur,*
dele 3. lineas, usque ad, *quod si indicio sunt,*
exclus. in colum. 249. — Et in eadem col.
ad fin. §. *Ex quo evenit, dele 13. lin. usque*
ad, *Iliacos intra muros, exclusivè.* — Co-
lumna 284. in med. dele, *Nequè velim*

Vu 2 hic

ICES
orum
BITORU
V
4.

hic admiscere disputationes Theologicas. — Colum. 311. ad fin. sexta lin. à fine, post illa verba, brevique periturum, dele 35. lineas, usque ad, sed si vera Philosophia, in med. colum. 312. — Et dele notatiunculam marginalem, Theologie & Philosophia pugna. — Et in col. 314. post illa verba, vitæ genere deliberabit, dele sex lineas sequentes usque ad finem Scholij. — Colum. 365. sub §. Persequatur etiam, & post illa verba, Ebrietas, & odia, dele 11. lin. usque ad hæc exclus.

EX LIB. II.

Colum. 444. §. Ad bene beateque, in fine s. dele vocem, Sacerdotum. — Et col. 455. §. Si autem est, post illa verba, eruditionem complectebantur, dele sex lineas, usque ad, quibus ille quidem, exclus. — Col. 476. parum à principio, post illa verba, intervenire sapienti, dele 5. lin. usque ad, nam & cum prospero, exclus. — Ex Præfat. in lib. 3. pag. 3. initio, post illa verba, istos affirmat, dele lin. usque ad, quæ doctrina. — Et post quinque alias lineas, & illa verba, Dei donum est, dele duas lin. usque ad, quæ fidem historicam, exclus. — Et in medio eiusdem pag. post illa verba, A Spiritu Sancto exercitatus, dele sex lineas, usque ad, qui mores suos, exclus. — Et ad finem pag. septima linea, antè finem, post illa verba, plectuntur Achivi, dele forè 4. lineas, usque ad, sed his non tam, exclus. — Pag. 631. colum. 1. antè med. post ea verba, Auctor habeatur, dele 9. lineas, usque ad, quoties enim. — Et p. 632. antè medium, post vocem, secuti, dele quinque lineas, usque ad illud, quàm rectè. — Ex Indice, litera P. dele nomen Philippi Melanthonis. — Et liter. M. Monasteriorum excusatio. — Et litera R. Religio hypocrisicos velamen, & magis in vita, quam disputatione. — In Catone maiore, p. 28. paulò post init. post ea verba, Dum esset dubitabat, dele quatuor lineas, usque ad finem §. & ea verba, cum & rum, exclus. — Et pagin. 166. antè med. post ea verba, quam arduis, & gravibus, dele duas lineas, usque ad, ornamenta sunt, excl. — P. 225. post med. post ea verba, ludibria curet, dele septem lineas, usque ad fin. §. & ea verba, iam sensus, exclus. — Ex Indice, litera T. dele, Theologia vera in solis Biblijs.

In libro, qui scribitur Lelius, sive, de amicitia, pagin. 23. post medium, post ea verba, Patere ijs, dele tres lineas, usque ad, fides autem.

Ex Paradoxis, ex Epistola Ioannis Cra-

tonis ad Hieronymum Wolphium, reperitur post Præfationem, pagin. 3. med. pagin. post ea verba, demonstratur, dele quatuor lineas, usque ad, quatuor, verò, exclus.

Pagin. 6. ex Epigrammate in laudem Wolphij, post ea verba, nemo docet, dele duo ultima disticha usque ad finem Epigram. — In ipso opere, pagin. 45. finem, post ea verba, Diogenes autem dele duas lineas, usque ad finem §. ea verba, Tu enim quam, exclus. — Vide eius Poëmatum expurgationem Theol. German. 3. Class.

HIERONYMVS Zanchius

Vel, Panchus, Bergomas, Theol. Hieronym. Zanchi iure consulto, no-Zuingl.

HIERONYMVS Zieglerus

German. Poëta, Luther.

HIOB, sive, Iob Galt.

Theolog. Luther. qui Brentij Comentarium Germanicum in Ecclesiasticum Latinum fecit. Haganox, 1529. pagin.

HIOBVS Magdeburgus

Germ. Theol. Luth. Augustanæ conf.

HIOBVS Magdeburgus

Alius à præcedenti Annebergensis man. Poëta, scribebat, quædam satura, Basil. apud Henric. Petr. De Nativitate, De Resurrectione, & Ascensione.

EIVSDEM, Tabula in Ciceronis cijs. Basil. quæ omnia permittuntur sitis suis notis.

HIPPIVS.

HIPPOLYTUS à Collibus

I. C. Philos. Politicus, Luther. Permittitur verò eius libellus, qui bitur, Consiliarius, Heidelberg. apud Cominum, apposita nota Auctoris damni operis permisi, & expuncto Elogio Auctoris, in carmine prævio.

HYPLITVS Hubmeier

German. Philos. Luther.

HORTENSIVS Tranquillus

Aliàs, Hieremias, aliàs, Lanius, Medicus, Theol. & Philos. Luther.

HVBERTVS Sturmius Hovardus.

Ex Eifia, Theol. Professor Leydenfis.

HVGO Broughthonus.

Seu, Broughthonus, Anglus Theol. Calvino-Zwingli.

HVGO Donellus.

Gallus, Heduus, Professor Heidelbergenfis, Leidenfis, & Altorphienfis, I.C.

Elvs *Commentarij de Iure Civili*, in viginti octo libros distributi; quinque Tomis comprehenfi. Francofurti, apud hæredes Andreae Wecheli, &c. 1589.

In operis infcriptione, post illud, *Hugonis Donelli Iuris-Consulti*, adde, *Auctoris divinati*. Et post illud, *de Iure Civili*, adde, *prohibiti*, cum expurgatione vero permiffi. — In eadem infcriptione, expungatur totus §. *Commentarij, ut diligenti*, &c. ufque ad illud, *Ad ampliffimos*, &c. excluf.

EX TOMO I. *Quinque priores libros complectente.*

Lib. 2. cap. 4. *Propius ad nos*, pagin. 73. num. marg. 10. post illud, 6. & 10. *Matth.* 4. dele ufque ad §. *Hæc ferè summa*, excl. §. *Ne autem in his*, dele totum §. ufque ad finem capitis. — Cap. 12. §. *Servos*, pag. 91. num. marg. 30. post illa verba, *Quod Iuftinianus*, dele ufque ad illa, *conftituit*, &c. excluf. — Et deinde post illa verba, *sine alia manuiffione*, dele ufque ad §. *Cautione prioris*, excluf. — Cap. 20. §. *Queritur*, pag. 106. num. 10. post illa verba, *Persiciet nuptias*, dele ufque ad finem §.

Lib. 4. cap. 1. §. *Res omnes*, pagin. 224. n. 30. post illa verba, *Cultus divini*, dele ufque ad illa, *Defiderat*, *Notantur*, excluf. — Eodem cap. §. *Quæ res foli*, pag. 235. num. 10. dele ab initio §. ufque ad §. *Sanctæ res funt*, excluf. qui est pag. 227. num. 240. — Cap. 21. §. *Ex his*, pag. 275. n. 50. post illa verba, & à Domino traditum, dele ufque ad §. *Tribuuntur hæc capientibus*, excluf. initio fequent. pag.

EX TOMO II. *Continente alios sex libros, nempe à sexto ad undecimum.* Francofurti, apud hæredes Andreae Wecheli, 1590.

Libro 6. cap. 1. pagin. 2. num. 40. post illa verba, *Alia conftitutione exceptam*, dele

ufque ad §. *Mortuo univerfim*, excluf. — Lib. 6. cap. 17. *alterum genus*, pag. 49. numer. marg. 30. post illa verba, *caufæ funt hæretici*, dele ufque ad illa, *de quibus cautum eft*, excluf.

EX TOMO III. *Alios sex libros continente, nempe à duodecimo ufque ad decimum sextum.* Francofurti, apud hæredes Andreae Wecheli, 1595.

Pagina fequenti post primam operis infcriptionem, dele, *Monumentum Donelli*, quod incipit, *Hugo Donellus Heduus*, &c. cum infcriptione. — Deinde expungatur tota Præfatio Scipionis Gentilis ad Lectorem, quæ incipit, *Non longū faciam*, &c. — Lib. 13. cap. 19. §. *Iure prohibentur*, pag. 196. num. marg. 10. post illa verba, *C. de inc. nupt.* dele ufque ad §. *Extra statum persone*, excluf. — Cap. 20. §. *Enim verò hoc*, pagin. 203. n. marg. 10. post illa verba, *quo intercedat illis nuptijs*, dele ufque ad §. *Quid tamen fi concubitus*, excluf. qui est p. 205. n. 10.

EX TOMO IV. *Alios sex libros complectente, nempe à decimo feptimo, ufque ad viceffimum fecundum.* Sub eadem editione.

Expungatur tota Epiftola Dedicatoria Scipionis Gentilis, quæ incipit, *Superiore volumine*, &c.

Lib. 17. cap. 6. §. *Ad extremum*, pag. 19. num. 40. post illa verba, *Superiora vitia admitttere*, dele ufque ad finem capitis. — Cap. 10. §. *Ut illud*, pag. 45. num. 30. post illa verba, *Parte Iuris Romani*, dele ufque ad §. *Definitur*, & *Iurisdicção*, excluf. — Cap. 24. §. *De minore*, pagin. 101. nu. 20. post illa verba, *Extra de officio delegati*, dele ufque ad illa, *de cæco videamus*, excluf. — Cap. 25. p. 106. nu. 30. post illud, *preses index maneat*, dele ufque ad fin. capitis. — Lib. 18. cap. 3. §. *In totum*, p. 13. post illa verba, *exigendi Cod. eodem*, dele ufque ad illa, *post 17. demū*, excluf. — Cap. 15. §. *Atque hæc*, pag. 230. num. 30. post illa verba, *minimè incerto*, dele ufque ad illa, *quod planè hanc fententiam*, excluf. — Eodem Cap. §. *Secundò ait*, pag. 231. num. 10. post illa verba, *dationes diffinguit*, dele ufque ad illa, *Nam*, & *cum plures*, exclusivè. — Eodem Cap. & pagin. numer. 50. post illa verba, *Euturum procuratorem*, dele ufque ad illa, *una eft quod*, exclusivè. — Pag. 232. initio, post illa verba, *l. 2. D. de pop. act.* dele ufque ad illa, *duos procuratores*, exclusivè. — Libro 19. capit. 14. *Non folum*, pagin. 356. numer. 30.

V u 3 ad

ICES
orum
BITORU
V
4.

ad illa verba, *Huius generis res sunt*, appone hanc notam marginalem, *In hoc loco, & pluribus sequētib; loquitur Auctor de Usuris, ex Iure civili, cautē legendus, quia aliter constitutum est Iure divino, & Canonico.* — Lib. 21. cap. 13. §. *Ait Sacramenta*, pagin. 532. num. 20. post illa verba, *Adijcere potest amplius*, dele usque ad §. *Ait sacramenta puerum*, exclus. — Pag. 534. ad finem §. *Sed gravior*, post illa verba, *Sine his obligatio*, dele 32. lin. usque ad illa, *Ait super contractibus Contractus*, exclus. qui est pagin. 535. ante medium, usque ad finem. — Pag. 536. init. post illa verba, *Alieni removeantur*, dele usque ad §. *Ait, super contractibus*, excl. — Lib. 21. cap. 13. §. *Sed quod*, pagin. 541. ad finem, post illa verba, *Hic constitutum est*, dele usque ad §. *Sed ut hoc genus Iurisurandi*, exclus. — Lib. 22. cap. 2. §. *Re ab initio*, pag. 563. num. 30. ad illa verba, *Triginta annorum prescriptio*, &c. apponenda est, hæc nota marginalis, *Cautē lege, quia loquitur ex Iure Civili, cum aliter constitutum sit Iure Canonico.*

EX TOMO V. RELIQUOS SEX LIBROS continente, nimirum à vicesimotertio, usque ad vicesimum octavum. Francofurti, apud Andrea Wecheli hæredes, 1596.

Expungatur tota Epistola dedicatoria Scipionis Gentilis, quæ incipit, *Vide, quam sim homo*, &c. Licet in hac editione non reperiatur, sicut neque quæ sequitur, non inveniuntur in editione ann. 1612. — Lib. 24. cap. 12. pag. 116. sub initium, post illa verba, *Ipsum etiam illud c. ult. in c. ult. Ex eo*, dele usque ad illa, *Quid enim Iustinianus*, exclus. — Et à medio eiusdem pag. n. 40. post illa verba, *Recusari etiam sine causa*, dele usque ad illa, *non ergo superioribus*, exclus. — Pag. 118. num. 40. post illa verba, *Aetor nihil probaverit*, dele usque ad illa, *constabit igitur*, exclus. — Cap. 13. pagin. 124. num. 40. post illa verba, *Et Christiano non licet*, dele usque ad illa, *hinc illa dubitatio*, exclus. — Cap. 14. pag. 134. num. 10. post illa verba, *Sed maxime extra gregem*, dele usque ad illa, *& certè præcipue*, exclus. — Lib. 25. pag. 201. num. 50. post illa verba, *Episcopi ex quibusdam constitutionibus*, dele usque ad illud pag. sequent. sub initium, *Factum ob quod*, exclus.

EIVSDEM Donelli *Opuscula Posthuma*, &c. Ex Bibliotheca Scip. Gentilis Hanoviae,

typis Wechelianis, apud Claudium Mynium, & hæredes Joannis Aubrij, 1661.

In prima operis inscriptione, post illa *Donelli Iuricons.* adde, *Auctoris damna*. Et post illud, *Scip. Gentilis Iuricons.* addi scriptoris quoque damna, prohibendum, expurgatione vero permissum. — Expungatur tota Epistola dedicatoria Scipionis Gentilis, cuius initium, *Ego nē, & Lapso Batavorum*, &c. — Deinde deleatur grammata Mich. Virdungi in Scipione Gentile, quod incipit, *Quem nunc dicitur*, &c. — In Epist. Alberici Gentilis ad Hugonem Donellum, cuius initium, *Aur pudorem*, pag. 210. — In eadem Epistola, post illud, *Quod te faciunt*, dele usque ad, *certo confido*, exclus. — In Epistola Scipionis Donelli ad Albericum Gentile, incipit, *Quæcumque tibi occasio*, p. 215. inferius, post illud, *certè tales quæ me*, usque ad, *& quod ad commendatum*, exclus. — Et in fine eiusdem pag. post illud, *videantur tibi*, dele usque ad, *multa occurrere posse*, exclus. — Epistola Contulii Norimbergensium, ad Hugonem Donellum, cuius initium, *Clarissime, & ornatissime vir*, &c. pagin. 260. tota rejiciatur. — Oratio Francisci Duareni habita in Compertione Hugonis Donelli, cuius initium, *tanta dicendi facultas*, &c. tota expungatur. — Deinde deleantur omnia, quæ in eandem Orationem sequuntur, usque ad Titulum in fine Operis, *Typographus L. ri*, exclus. post pag. 484.

EIVSDEM Donelli *Commentarii aliquos libros Codicis*, à Jacobo Schæp publicati. Francof. è Collegio Palatino, 1599.

In ipsa inscriptione, post illud, *Donelli*, adde, *Auctoris damna*. Deinde sequentibus, *Commentarij abscissi*, adde, *Prohibiti, cum expurgatione non permitti*. — Epistola prima Dedicatoria Zacharia Palihenij, quæ incipit, *Commendat hosce Hugonis*, tota expungatur. — Epistola secunda eiusdem Donelli, quæ incipit, *Si quantum me, Amplissimi viri*, et omnino deleatur. — Ad tit. 32. lib. 4. *de Usuris*, in Summario, num. 7. pag. dele cætera, præter hæc verba, *Iura Civili exiguntur*. — Pag. 214. column. initium, num. 7. post illud, *Opportunitas*, dele usque ad finem *Commentarii*. — Titulo, *Ad Authent. ad hæc*, in Summario, pag. 229. column. 2. dele num. 12. cum sequentibus. — Pag. 230. column. 2. ad finem

post illud, *Iustiniani, confirmari usuras*, dele omnia usque ad finem commentarii, per quatuor ferme columnas. — Ad titul. 48. lib. 6. eodem titul. *Ad Authent. Nisi rogati*, pag. 548. colum. 1. §. *Sed tamen*, post illud, *Dubitatio relinquatur*, dele usque ad, *Ceterum hac opinione*, exclus. — In fine Commentariorum ad lib. 8. Codicis, pag. 765. colum. 2. epistola eiusdem Donelli ad Rectorem Senatums; Academiae Heidelbergensis tota cum titulo deleatur.

EIVSDEM Hugonis Donelli commentarij ad titulum Digestorum, *de Verborum obligationibus*. Francofurt. è Collegio Paltheniano, 1599.

In ipsa inscriptione, post illud, *Hugonis Donelli*, adde, *Auctoris damnati*. Deinde, ibi, *Commentarij absolutissimi*, adde, *Prohibiti, sed cum expurgatione permisi*. Tandem post illud, *de Verborum obligationibus*, dele reliqua usque ad lineam, *Summarijs, Epitomis, &c.* exclus. — Epist. dedicatoria eiusdem Donelli, quæ incipit, *Mirabitur fortasse aliquis*, tota expungatur.

EX INDICE RERVM ET VERBORVM, dele sequentia.

Usura iure divino permessa. — *Usura an permessa sint iure civili & divino*. — *Usura, & iure civili, & lege divina recte exiguntur*.

EIVSDEM Donelli *Paralipomena Commentariorum* ad lib. 4. Codicis Francofurti, è Collegio Paltheniano 1602.

In prima inscriptione, post illud, *Hugonis Donelli*, dele usque ad, *Commentariorum*, exclus. & loco eorum reponc, *Auctoris damnati*. Post illud verò, *Paralipomena*, adde, *prohibita, sed cum expurgatione permessa*. — Prefatio Nicolai Reulneri, quæ incipit, *Serenissime Princeps*, tota expungatur, simul cum decem integris folijs, quæ sequuntur usque ad Indicem omnium legum, exclus. — In Commentario ad titul. 13. lib. 4. Codicis titulo, *Ad Authent. habita*, in Summario, pag. 128. colum. 1. num. 33. ibi, *Episcopi in locis Evangelicis*, dele, *in locis Evangelicis*. — Pag. 130. colum. 2. post initium, post illud, *Ex ipsorum iure clericus*, dele usque ad, *Itaque si scholasticus*, exclus. — In commentario ad titul. 20. eiusdem lib. 4. titulo, *Ad L. XIV. Nullum*, pag. 214. col. 1. in fine, post illud, *ut hic cantum est*, dele usque ad, *Factum, ob quod*, exclus. — In commentario ad titulum 44. eiusdem lib. ritu-

lo, *Ad LII. Res*, pag. 547. colum. 2. ante medium, post illud, *Quid hic constitnatur*, dele usque ad, & *posteri omnes docti*, exclus.

EX INDICE DELE ILLAM SENTENTIAM.

Episcopi in locis Evangelicis, &c. — Et ex titulo, dele vocem, *Domini*.

EIVSDEM *de Pignoribus & Hypothecis tractatus*, qui invenitur tom. 6. Tractatuus iuris, permittitur adhibita superiori nota.

Quia verò Donelli opera omnia duobus Tomis novissimè edita sunt. Francofurt. ann. 1602. 1606. ad eam editionem sic poterit expurgatio exigi.

Commentariorum Iuris Civilis libri 28. apud Wechelianos, 1622. 1626. & antea 1589.

In titulo, adde, *Auctoris damnati*. — Et inferius, post, *Scipio Gentilis*, adde, *Auctoris quoque damnati*. — In titulo autem Prefationis, quæ incipit, *Iuris Civilis scientiam*, post, *Scipio Gentilis Iuris-Consultus*, adde, *Auctor damnatus*. — Deinde expunge Poëma Michaelis Piccarti Professoris Norici, scriptoris damnati, & Poëtæ ad Scipionem Gentilem, cū sua inscriptione.

Libro 2. cap. 4. pagin. 39. colum. 2. §. *Propius ad nos*, n. 70. post illa verba, *Matthæi 4.* dele reliquum §. per 22. lineas, usque ad, *hac fere summa*, exclus. — Et eadem pag. num. 20. §. *Ne autem his*, dele reliquum usque ad finem capituli. — Cap. 12. pagin. 49. §. *Servos*, num. 40. post illa verba, *quibus ex caus. servus pro pra*, dele fedecim lineas usque ad §. sequentem, *Cautione Priori*, exclus. — Cap. 20. fol. 57. num. 40. col. 2. post illa verba, *Perfici nuptias*, dele 7. lineas, usque ad §. sequentem, *Ex iustis nuptijs*, exclus. — Lib. 4. cap. 1. pag. 120. col. 2. num. 30. dele, *ex prescripto verbo Dei*. — Eodem cap. pag. 121. col. 1. num. 40. post illa verba, *Cultum Dei publicum*, dele 4. §§§§. sequentes, usque ad §. *Sancta res*, exclus. in pag. 122. colum. 2. num. 20. — Cap. 21. pag. 148. col. 2. §. *Ex his causis* num. 10. post illa verba, *Domino traditum*, dele 10. lineas, usque ad §. sequentem, *Tribuuntur hac*, exclus. — Lib. 6. cap. 1. pag. 225. colum. 1. num. 50. post illa verba, *alia constitutione exceptam*, dele 14. lineas, usque ad §. sequentem, *mortuo universum*, exclus. — Cap. 17. pag. 250. col. 20. num. 30. §. *Alterum*, post illa verba, *causa sunt heretici*, dele, *non omnes, sed ij*. — Lib. 13. c. 19.

ICES
orum
BITORU
V
4.

§. *Iure prohibentur*, pag. 659. col. 1. n. 40. post illa verba, *C. de inc. nuptijs*, dele unam & viginti lineas, usque ad §. sequentem, *Extra statum*, exclus. — Cap. 20. pag. 662. colum. 2. num. 50. §. *Enim vero*, ante medium, post illa verba, *Quo intercedat illis nuptijs*, dele reliquum huius §. & trium sequentium, usque ad §. *Quod tamen si concubitus*, exclus. — Lib. 17. cap. 6. §. *Ad extremum*, pag. 962. col. 1. num. 10. post illa verba, *Superiora vitia admittere*, dele 3. extremas capituli lineas. — Cap. 10. §. *Vt illud*, pag. 975. col. 1. num. 50. post illa verba, *Parte Iuris Romani*, dele reliquum capituli per 24. lineas, usque ad §. *Definitur*, &c. — Cap. 24. §. *De minore*, pagin. 1003. col. 2. num. 70. circa finem post illa verba, *Extra de Officio delegati*, dele, *Quod neque mihi, neque Zasio placet*. — Cap. 25. pagin. 1005. colum. 2. §. *Nam cum*, num. 30. post illa verba, *Præses Index maneat*, dele 6. lin. usque ad finem cap. — Lib. 18. cap. 3. §. *In totum*, pag. 1016. colum. 2. num. 20. post illa verba, *Exigendi*, *C. eod.* dele usque ad, *de mum annum*, per 12. lineas, exclus. — Cap. 15. §. *Atque hæc*, pag. 1063. colum. 2. num. 50. post illa verba, *Minimè incerto*, dele 19. lin. usque ad finem huius §. & partem seq. illis verbis, *Quod planè hanc sententiam*, exclus. — Eodem cap. §. 2. *Ait*, pagin. 1064. num. 20. circa finem, post illa verba, *Dationes distinguis*, dele, *Sed & hoc non rectè*. — Iisdem cap. pag. & colum. §. 4. & postremo num. 60. ad finem, post illa verba, *Futurum procuratorem*, dele, *Quod sanè ita constitui non debuit duabus de causis*. — Et inferius col. 2. n. 10. post illa verba, *leg. 2. Digestis de Pop. act.* dele usque ad, *Duos procuratores*, excl. per unam lin. — Lib. 19. cap. 14. §. *Non solum*, pag. 1128. col. 2. num. 50. circa initium, post illa verba, *Huius generis res sunt*, scribe in marg. *In hoc loco, & pluribus sequentibus loquitur Auctor de usuris, stando in Iure Civili, ideo cautè legendus, cum aliter constet in Iure Divino, & Canonico*. — Lib. 21. cap. 13. §. *Ait sacramenta*, pag. 1219. col. 2. n. 30. post illa verba, *Adycere potest amplius*, dele viginti novem lin. usque ad §. *Ait sacramenta Puberum*, excl. — Et pag. 1221. eodem capit. col. 1. n. 10. §. *Sed gravior*, post illa verba, *Nulla sine his obligatio*, dele triginta duas lin. usque ad §. *Ait super contractibus*, exclus. — Ead. pag. col. 2. n. 20. eiusd. §. post illa verba, *Alienè removerentur*, dele quatuordecim lineas, usque ad §. sequentem, *Super contractibus ite-*

rum, exclus. — Eodem cap. pag. 1224. col. 2. n. 40. §. *Sed quod*, ad finem post illa verba, *Hic constitutum est*, in medio §. dele 40. lin. usque ad finem §. & usque ad §. sequentem, *Sed ut hoc*, exclus. — Lib. 22. cap. 1. §. *Re ab initio*, pag. 1236. col. 1. lin. 7. ad illa verba, *Triginta annorum præscriptio*, scribe in margine, *Cautè lege, quia loquitur de Iure Civili, cum aliter constitutum sit Iure Canonico*. — Lib. 24. cap. 20. pag. 1317. col. 1. n. 50. in medio, post illa verba, *Ipsum illud cap. ultimo*, dele 4. lin. usque ad, *Quid enim Iustinianus*, exclus. — Ead. pag. col. 2. num. 26. post illa verba, *Recusari sine causa*, dele decem & septem lin. usque ad, *Non ergo superioribus*, exclus. — 1318. col. 2. n. 30. ad finem, post illa verba, *Nihil probaverit*, dele tres lineas usque ad, *Constabit igitur*, exclus. — Cap. 21. pag. 1321. col. 2. n. 40. post illa verba, *& Cæsariano non licet*, dele usque ad illa, *Hinc illa dubitatio*, exclus. — Cap. 22. pag. 1326. colum. 2. num. 40. post illa verba, *Sed maxime extra gregem*, dele tres lineas, usque ad, & certè præcipue, exclus.

TOMVS SECVNDVS.

Hugonis Donelli Commentarij ad libros Codicis Iustiniani, &c. maxima ex parte Posthumi, à Jacobo Schegkio correcti, & emaculati, &c. Francofurt. sumptibus hæredum Jacobi Fischeri, 1622.

In prima lib. facie, post appositam notam auctoris damnati, *Cum expurgatione permissi*. — Et inferius, post verbum, *Adde*, *Auctore quoque damnato*. — Fol. in Epistola Dedicatoria, quæ incipit, *Commentarios hosce*, lin. 2. dele, *Pia memoria præcipui, & eximij*. — Et in subscriptione post, *Zacharias Palibenius*, adde, *Auctore damnatus*. — Ad tit. 13. lib. 4. Codicis, in parvo tit. *Ad Auth. habita*. In Summario pag. 189. num. 33. dele, *In locis Evangelicis*. — Pag. 191. col. 1. post finem num. 22. post illa verba, *Ex ipsorum Iure Canonico*, dele 10. lineas, usque ad num. 35. *Itaque Scholasticus*, exclus. Ad tit. 20. eiusdem libri, ad *Leg. Nullum*, 14. pag. 251. col. num. 3. post illud, *Et hic cautum est*, dele 10. lineas, usque ad, *Factum est quod*, exclus. — Ad tit. 32. eiusdem libri pag. 373. *Usuris*, in Summario dele num. septimum qui incipit, *Usura & Iure Civili*, &c. — Pag. 379. colum. 1. num. 7. post illud, *oportunitus dicemus*, dele 2. extremas lineas. — Pag. 390. colum. 2. Tit. *Ad Antium*, ad

has, in Summario, dele num. 12. & alios sequentes. — Pag. 391. col. 2. n. 12. post illa verba, *Plus à debitore prestari*, dele sequentia omnia usque ad finem huius Commentarii in pag. 193. usque ad, *l. si ea lege*, exclusivè. — Ad tir. 44. ad, *l. Rem. 21.* pagin. 496. num. 5. colum. 1. paulò antè finem, post illa verba, *Quid hic constitutur*, dele duas lineas, usque ad, *Observandum est in proposito*, exclusivè. — Ad Titulum 48. ad, *autem. Nisi rogati*, pag. 720. num. 2. col. 1. §. *Setamen*, post illa verba, *Dubitatio relinquitur*, dele 11. lineas, usque ad, *Ceterum hac opinione*, excl. — Ad Titulum 56. lib. 8. Codice *De Revocat. Donat.* pag. 886. colum. 2. expunge Donelli Epistolam, cum illa inscriptione, ad Rectorem, Senatumque Heidelb. In indice rerum, & verborum, deleantur *Episcopi in locis Evangelicis*. — *Vsura iure divino permixta*. — *Vsura, an permixta sint iure civili, & divino*. — *Vsura, & iure civili, & lege divina rectè exiguntur*.

EIVSDEM Commentarii ad Titul. digestorum, *De Verborum obligationibus*. Francof. typis Egenolphi, Emmelij 1622.

Apponenda nota in prima libri facie. *Auctoris damnati, & operis, Cum expurgatione permixti*.

HUGO Grotius.

Sive, *Hugueanus Grotius, I. C. Histor. & Poëta*, misit etiam falcem in rem Theologicam, Delphensis Batavius eiusdem cum aliis Hollandiæ, & Roterodamensibus, ac Leydensibus fectæ.

EIVS, *Sensus librorum sex, quos pro veritate Religionis Batavice*, scripsit Lugduni Batavorum, ex officina Ioannis Mayre 1617.

Postadhibitam notam auctoris damnati, & permixti cum expurgatione operis. — Ex lib. 2. pag. 80. ad medium dele, *Eo solo nomine, quod nesciatur eius scriptor*, vel substitue, *Que verè est Pauli*. — Et pag. 89. ad medium, ubi ait, *Apocalypseos scriptor*, adde, *Ioannes, & statim, Aut ille ad Hebræos, adde, Paulus*. — Lib. 3. pag. 100. post med. post verba, *Exiguas aliquas circumstantias*, dele, & ad rem nihil facientes. — Et post aliquot lin. pagin. 101. lin. 6. ab initio dele, *Etiā, quæ conciliari nequiret*.

EIVSDEM Notæ, & versio in *Theocritū*, & *Idyllium nauticum*, vide in Daniele Heinio, & in Iosepho Scaligero, in *Theocritum* 1. & 2. Class.

EIVSDEM liber *De antiquitate Reip. Ba-*

taviæ. Apud Rapheleng. 1610. & 1616.

Post adscriptam notam auctori, & operi, in Epistola Dedicatoria pagin. 8. post illa verba, *Maneatque eadem*, expunge reliquū Epistolæ. — Cap. 5. pag. 31. post, *Nordovix pater*, dele usque ad, *Ex Regione*, exclusivè. — Et cap. 6. post, *Irritabiles & validas*, dele usque ad, *At Philippo eius*, exclusivè. — Pag. 46. post illa verba, *Ius suum administrō*, dele usque ad, *Hanc ob causam*, exclusivè. — Et pagin. 47. post illud, *Ex infimo vulgo*, dele usque ad, *Ergo ad invadendum*, excl. — Et pag. 48. ubi scribitur, *Ornanus falsis criminibus*, dele, *falsis criminibus*.

EIVSDEM excerpta ex *Tragædiis, & Comædiis Græcis*, cum notis. Parilijs, apud Nicolaum Buon, 1626.

Appone notam damnationis auctori, & operi permissionis. — In pagin. 2. Præfatiunculæ ad lectorem linea 3. à fine, ubi legitur, *Etiā nunc solis petenda est*, dele vocem, *Solis*.

EIVSDEM dicta *Poëtarum, quæ apud Ioa. Stobæum extant emendata, & Latino carmine reddita*. Paris. apud Nicolaum Buon, 1622. & 1623. permittuntur.

Post adhibitam Grotio notam solitam, & operi permissionem.

EIVSDEM *Syntagma Arateorum*, apud Raphelengium 1600.

Appone meritam *Auctore damnato notam*, & operi permixto. — In dedicatione vero ad Ordines Hollandiæ pag. 2. linea 7. à princip. post illa verba, *Pacem servare*, dele duas lineas, usque ad, *Nam pax illa Augusti*, exclusivè. — Et inferiùs, post medium, & post illa verba, *Inscribam quam vobis*, dele tres lineas, usque ad, *Veniret nunc Cyneus*, exclusivè. — Et linea 3. à fine, post illa verba, *Vestri est muneris*, dele quatuor lin. usque ad primā pag. sequent. & illa verba pag. sequent. *Quibus deinde*, exclusivè. — Et pag. 4. ad medium, post illa verba, *Rep. consideratur*, dele quatuor lineas, usque ad, *De ordinis constitutione*. — Et pag. 5. lin. 5. à fine, post illa verba, *Dici posse cogitare*, dele quatuor lineas, usque ad, *Docet hoc* exclusivè.

EIVSDEM, *Emendationes, Notæ, sive Fæbræ in Martianum Capellam*, apud Rapheleng. 1590. Adhibenda nota Grotio, & operi, &c.

Post Epistolam in Epigrammate Laudatorio Iosephi Scaligeri, affige Scaligero notam damnati Scriptoris.

EIVSDEM *Emendatio Lucani*, & Notæ ad

ICES
orum
BITORŪ
V.
4.

ad insigniora loca, ex officina Rapheleng.
1614. permittuntur apposita Auctori, &
operi præscripta nota. — Sicut etiam No-
ta, in *Hymnos Orphæi*.

Vide etiam eius *Poëmatum*, expurgatio-
nem tom. 1. Deliciarum Belgicarum.

HUGO Hugaldus.

Eius Epistolæ prohib.

HUGO Latimerus.

Anglus Leycestrensis, Professor, & Theolo-
gus, Cantabrigiensis, Pseudo-Episcopus
Wirgoniensis, damnatur ad flammæ
simul cum Ridlæo Oxonij.

HUGO Muys, Van Holy.

Subscriber Conciliabuli Dordrechtani.

HUGO Sureaus, *Rosiere*.

HVLDRICVS Encaustius.

HVLDRICVS Vttenus.

Sive, *De Vten*, seu, *de Witen* Permittuntur
verò ipsius, *Flores ex Sallustio*, adhibita
nota Auctoris damnati, & operis per-
missi.

HVLDRICVS Mutius Hugu-
valdus.

Durgeus, Professor Basiliens. Histor. Luth.

Eius libri triginta, & unus de *Germani-
rum prima origine, moribus, institutis*, &c.
habentur cum expurgatione tom. 2. rerum
Germanicarum. Vnde petenda est expur-
gatio eiusdè operis antiquioris editionis
Basiliensis, apud Henricum Petr. 1539.

EIVSDEM verò libellus de, *Studiorum
suorum proæmio*, & epistola ad omnes
Christum ex animo querunt, Basiliens.
nunquam permittenda.

HVLDRICVS Schoberus
suis.

Eius *Poëmatum* expurgationem,
tomo 3. Deliciarum Germanicarum
D. 3. Class.

HVLDRICVS Zwinglius Tog-
gius.

Natione Helvetius, Minister Tigurinus
Hæresiarcha.

EN FRANCES.

HENRY Bullinger.

Sur l'Apocalypse. Con todo lo demas que
escriuio, se prohibe.

